

8. ✓

B. c. D.

REGIÆ ACADEMIÆ  
GUSTAVO-CAROLINÆ

SIVE

DORPATO - PERNAVIENSIS  
HISTORIÆ,

PARTICULAM NONAM

CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE

GUSTAVO SOMMELIO,

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

D. IV FEBRUARII A. MDCCXCV.

DEFERT

GUSTAVUS ENGSTRAND

Smolandus.

---

LUNDE,

Typis BERLINGIANIS.

VIRIS

*Plurimum Reverendis atque Præclarissimis*

DOMINO MAGISTRO

**JONÆ WIESELGREN**

Præpos. & Past. Eccles. Lenhofda & Ekeberga  
longe Meritissimo,

DOMINO MAGISTRO

**PETRO EKMARK**

Præpos. & Past. Eccles. Tofteryd, Byarum & Bonstorp  
longe Meritissimo,

DOMINO MAGISTRO

**JONÆ LJUNGBERG**

Past. Eccles. Fryeled & Hagshule Vigilantissimo,

DOMINO

**JOHANNI ENGSTRAND**

v. Past. & Commiistro in Gårdsby Vigilantissimo,  
Patruo Optimo

*Fautoribus Honoratissimis.*

Vobis hocce exiguum eruditionis specimen, in pii gratique animi tesseram, ob eximia prorsus mihi præstita beneficia, dicatum volo. Tenue quidem esse fateor; in accipiendis autem muneribus nil nisi offerentis mens sit respiciendum. Spero igitur fore, ut Vos meæ hocce observantiæ monumentum, eum omnigenæ adprecatione felicitatis conjunctum, benigne placideque suscipiatis.

PLUR. REVER. atque PRÆCL. NOMINUM VESTRORUM,

cultor devotissimus

**GUSTAVUS ENGSTRAND,**

*Theses Respondentis.*

I.

Qui verba: *Αιχσαντες δε εβαπτισθησαν εις το ονομα Κυριου Ιησου Χριστου* Act. XIX. 5. non LUCÆ narrare pergentis, sed PAULI orationis suæ filium pertextentis esse, perpenderit, ea vel baptismi aut Johannis aut Discipulorum ejus rationem elevare, ut volunt nonnulli, vel anabaptismo cuidam, quemadmodum alii exponendum censent, favere, facile negabit.

II. In explicandis verbis Apostoli. *Δι ε ελαβομεν χαρις και αποστολην* Rom. I. 5. non opus est ad hendyadin confluere; sed *χαρις* & *αποστολη* diversa sunt dona, quæ sibi concessa Apostolus hic prædicat.

III. Quamvis ad officia humanitatis præstanda cogi nemo possit; maximæ tamen sunt utilitatis & in firmanda societate apprimè necessaria: qui vero ea in sacris literis inculcata esse negaverit, eum varia sacrae scripturae dicta, quorum numero sunt Matth. V. 42 & Rom. XII. 20. sinistre interpretari, facile intelligitur.

IV. Recte omnino BODINUS *de Rep. Si infideli & hæretico fidem frangere fas est, dare nefus est; si vero fidem dare jus est, datam servare oportet.*

V. Vehementer fallunt, qui sibi, dum aliorum jura non violant, mentiri licere opinantur, haud cogitantes, ipsos se suamque existimationem, cujus rationem habere omnino debent, turpi hoc vitio lædere.

VI. Prudentissima omnino est JUVENALIS admonitio: maxima debetur puero reverentia.

Ex Pro-Cancellariis (\*).  
JOHANNES LAURENTII STALENUS (\*\*).

Natus in Smolandia territorio Wista & parocia Ölmeftad \*\*\*). Jactis in Schola Junecopenfi &

\*) Pro-Cancellarii cujusdam Academiae Dorpatensis, Staleno prioris, mentionem nusquam vidi factam, quamvis ante sedecim jam annos inaugurata esset Academia, & miratus sum; mirari autem desii, dum cogitavi, Livoniae suos quidem Superintendentes fuisse, horum vero ante Stalenum aliam rationem, ac minorem auctoritatem fuisse, quæ qualis ante Stalenum fuerit, posteaque futura esset, hæc a BACKMEISTERO in *Samml. Russ. Gesch. 9 B. 2 u. 3 St. p. 187.* annotata docebunt: *Bermüde eines Königlichen Befehls von eben dem Jahre (1648) sollte daß Ober-Conistorium zu Dorpat verändert, die weltliche Bank aufgehoben werden, und dagegen Stalenus darin præsidiren.*

\*\*) Eum BACKMEISTERUS ubique conf. p. ejus 160. 187 Stalenum appellat; elisa vero unica litera *i*, verum nomen facile restituitur.

\*\*\*). Annum diemque natalem, parentum, quibus natus est, nomina & conditionem, primaque ejus fata silentio transeunt omnes, qui vitam ejus expoluerunt, quorumque numero sunt RHYZELIUS *Episcop. D. I. p. 310.* SPEGEL *Svenska Kyrko Hist. 2 D. p. 383* von STIERNMAN *Bibl. Svio Gotb. p. 323.* BACKMEISTER l. c. ROGBERG in *Hist. Beskr. om Småland p. 41.* GADEBUSCH *Livl. Bibl. 3. Th. p. 197.* FANT in *Hist. Liter. Græca in Svec. Spec. 2. p. 62 sequ.* & FLODERUS *de Pœtis in Svio-G. Græcis p. 9.* Parentes igitur suspicor tenuioris sortis fuisse;

& Wexionensi literarum fundamentis, Upsaliam se contulit, ibique civitate donatus Academica, edicis solitis speciminibus \*). Philosophiæ Magister creatus est a. 1617 d. 3 Julii \*\*). Ex itinere, quod ad exteros susceperat, literario redux Græcæ linguæ in Academia Upsaliensi Professor constitutus est a. 1624 d. 12 Octobr. quo munere sedecim annos functus,

hæc vero utrum lautior an tenuior fuerit, parum referre puto, dum propriis quam alienis meritis vel prærogativis inclaruisset præstat. Ölmstadensibus circa a. 1629 Pastorem fuisse quendam Laur Ölmstadium, ROGBERGIUS quidem p. 849 tradit; hunc vero Episcopi hujus parentem fuisse, utriusque ætas dici vix pati videtur.

\*) Præside JONÆ MAGNI Wex. disputavit quidem a. 1614 de *Virtutibus intellectualibus & appetitiva in genere*; hæc autem Disputatio cum *Philosophiæ Moralibus Disp. secunda* appelletur, eamque plures hujus argumenti sub ejusdem moderamine subsecuta sint, Præfidi, non Respondenti, Auctori tribuenda videtur, Quam vero pro gradu edidit, eam in reliquis ejus scriptis commemorari oportet.

\*\*) Promotionum, quas in sua Facultate Philosophi Upsalenses celebrarent, hæc secunda fuit, vid. EENBERG Berätt. af de W. Col. ut Upsalap. 204 eamque non 13, quem diem tantum non omnes ponunt, sed 3 Julii peractam esse, Lectori affirmare possum; Scribenti enim ad manus mihi est *Epiteticon Hon. fiff. Doctiff. que Juvenum Jonæ Columbi Mont., Johannis Laurentii Staleni S., Magni Magni Aland. S., Jacobi Huntberö Uplandi, Johannis Matthiæ Ofro-G., Sænonis Laurentii Cirrai O., Laurentii Matthiæ Suderm. Magi*

functus Regio diplomate, a. 1640 d. 20 Febr. \*) dato, Theologia Professor in eadem hac Academia designabatur. Promotore Archi Episcopo Joh. Can. Lenæo \*\*) Theologiæ Doctor creatus est a. 1648 d. 26 Jan. eodemque anno d. 28 Febr. Livoniæ Superintendens & Academiae Dorpatensis Pro-Cancellarius renunciatus est \*\*\*) sequ. autem anno, 1649,

*sterii insignibus ad 3 Julii 1617 solenniter in Academia Upsaliensi ornandorum, a Sympatriotis & amicis deproperatum.*

\*) Pro die 20 Febr. STIERNMAN l. c. p. 323. d. 10 Sept. habet; uter dies verior sit, disquirere non vacat, nec magni interesse puto.

\*\*) Vermuthlich hat ihm die Theologische Fakultät zu Upsal den Doctorhut ausgesetzt: wenigsten führt er diesen Titel durchgehends, inquit GADEBUSCH l. c. sed absint suspiciones, dum adsunt rerum testimonia, vid. Programma Reverendissimi Archi-Episcopi &c. Generos. Dni Doct. UNONIS von TROIL, a. 1793 d. 5 Junii datum, quo solennem in Theologia promotionem, in memoriam festi secularis Concilii Upsaliensis sequi die, 6 Junii peragendum indixit, & ad eam celebrandam invitavit.

\*\*\*) Superintendentem Dorpatensem nonnulli quidem eum appellant, sed perperam, cum proprium Superintendem Dorpatum non habuerit; isti tamen appellationi suæ non defuit ratio: Er wird zwar, inquit GADEBUSCH l. c. Superintendens Dorpatensis genannt in gedruckten Büchern, allein dieses rühret davon her, daß er in Dorpat wohnete; denn diese Stadt hat niemals eigen Superintendentem gehabt.

1649 \*), vacans morte Johannis Baezii senioris Episcopale munus Wexionense ei demandabatur d. 30 Aug. \*\*). Advenit, munusque hoc administrare cepit; sed ceperat, & desit, namque apoplexia correptus vita subito excessit a. 1651 d. 11 Febr. \*\*\*). Sociam vitæ Magdalenam Skepperam, M. Erico

\*) SPEGEL, dum l. c. eum a. 1650 Episcopum Wexionensem factum esse dicit, de anno cogitaverit, quo munus obire cepit.

\*\*) His igitur muneribus præfuit; sed Professoribus etiam Dorpatensibus nonnulli eum annuerant, nominatim BACKMEISTERUS, ordini Pro-Cancellariorum p. 160 & Professorum p. 187 eum adscribens. Upsaliæ vero, ex quo ibi Professor constitutus est, eum perpetuo, donec Superintendens Livoniæ renuntiatus est, mansisse, acta docent Academica.

\*\*) Diem suum anno demum 1657 Stalenus obiisse dicitur apud EENBERGIUM l. c. ibi vero 7 pro 1 errore typographico irrepsisse, in dubitationem adduci vix debet. Fama de repentina hujus Episcopi morte, tanquam a se accelerata, exiisse, valde conqueritur *Sveno Jonæ*, Gårdsbyensis ab a. 1620 ad a. 1667 Commiſter, in annotatione quadam, quæ post mortem ejus inventa est, his exarata verbis: Anno 1650 blef Doctör Johan Stalenus Episcop. Wex. 6 veſor, sedan han hiſkommit, haſſigt död, sedan han om Önsdagen hade hållit första Capitel-Act, antingen af apoplexie eller han dödat och fallit til döds, de omist, efter ingen var hos honom; och efter han 8 dagar förut lofwat mig och församlingaen Collation på Gårdsby ajäll; derföre til at hindra mig derifrån fingerade mina Competitorer, quidam Capitularium den oförstånda lög-

Erico Skeppero natam habuit; ex qua filios Laurentium, Petrum & Johannem, filiamque Christinam, Erico Berg, Basilicæ Upsalienſis OEconomus a. 1671 nuptam, & a. 1673 denatam suscepit \*).

s

Scripta nen på mig, at jag war wällande i hans död, hwilken lögn, mig nelcente, de utſpridde uti Marknaden Sigfridi dag, öfwer hela landet. Gud, som all sanning wet, löne sådana förgiftige spesoglar och venenatas viperas pro merito, vid ROGBERG l. c. p. 291. unde hanc annotationem descripsi, quam longe post mortem Episcopi a Svenone consignatam esse, mendosus annus 1650 monstrat; Stalenum enim a. 1651 occubuisse, inter omnes constat, anni vero statim vel brevi post mortem scribens oblivisci vix potuit.

\*) Solius filiz, nullam filiorum mentionem STIERNMANNUS l. c. facit; hos vero in Upsaliensi Academia studiis suis obsecutos esse, specimina ibidem ab iis edita docent, cfr. LIDÉN *Catal. Disp. Upsal.* p. 49. 285. 440 & Cel. FÄNT l. c. *Spec.* 2. p. 81. Filios tamen, vel filium, si quem habuerit, ante patrem obiisse, verisimile GADEBUSCH l. c. p. 198 judicat his usus verbis: Wenn der Respondent (loquitur de Laurentio Johannis Staleno, cujus disputationem, parente vel auctore vel moderante a. 1647 habitam, vide in ser. Disp. infra all. N. 67.) ein Sohn des Verfassers gewesen ist, wie es scheint: so kan er ihn doch nicht überlebet haben. Denn er ließ nur eine Tochter, Christina, nach. Singuli vero, quos commemoravi, Staleni cum superstites ei fuerint, id quod ex annis, quibus sua ediderunt specimina, liquet, inprimis vero iste, de quo sermo est, Laurent. Joh. Stalenus, quippe qui a. 1665 disputationem de Conscientia Præses edidit: fallere istam concludendi rationem nemo non videt; nec enim Stiernmannus, quia solius filiz meminuit, ideo filios eiuisse negavit.



## Scripta

- I. Disputationes Academicæ, singulæ Upsalix habitæ & in 4.to editæ:
- 1) Disputatio Physica de Elementis in specie, nimirum Igni, Aëre, Aqua & Terra, Præside Jona Magni Wex, a. 1617. pro gradu.
  - 2) Erotema, utrum quod verum est in Theologia possit falsum esse in Philosophia, aut vice versa Resp. Petro Johannis Roslagio. a. 1622.
  - 3) De Causis, earumque Opposito Causato Resp. Bened. B. Fagrecollino S. 1623.
  - 4) Anima & ejus Facultatibus in genere Resp. Birgero Olai Ostro Gotho 1625. pro gr.
  - 5) Principiis Corporis Naturalis Intrinsecis Resp. Erico Christoph. Scarinio Westro-G. 1627.
  - 6) Διασκεψις Ηθιολογικη cum inde resultante Felicitate Contemplativa Resp. Georgio Gudmundi Norcop. 1628. pro gradu.
  - 7) Theoremata quadam, una cum brevi earundem Declaratione, e variis disciplinis decerpta Resp. Bened. N. Figrelino Ostro-Gotho 1628 pro gradu.
  - 8) Visu, Resp. Pet. M. Bellander Neric. 1728 p. g.
  - 9) Terra Resp. Israële C. Carlostadio Werml. 1629. pro gradu.
  - 10) Intellectu & Voluntate Hominis Resp. Samuele Nic. Enander Ostro-Gotho 1629.
  - 11) Loco Resp. Nic. S. Medelio Smol. 1629.
  - 12) Motu Resp. Bened. A. Fontelio Ostro-G. 1630.

13)



- 13) Principiis Corporis Naturalis Extrinsecis five Causis Resp. Laur. Jonæ Halenio. 1630.
- 14) Essentia & Origine Animæ Rationalis Resp. Erico M. Fortelio Bothn. 1630.
- 15) Ενωεις Quæstionum Philosophicarum Resp. Jacobo Guthræo. 1630.
- 16) Disp. Philos. constans Theorematicis Miscellaneis Resp. Isaaco L. Molino. 1631.
- 17) Positiones Philosophicæ Resp. Michaële Wexio- nio 1631. pro gradu.
- 18) Quæstionum Philosophicarum Ουδοας Resp. Israële Israëlis F. Lincopia G. 1631 pro gr.
- 19) Fortitudine Resp. Sunone Nicolai Duræo 1631. pro gradu.
- 20) Mixtione Resp. Petro Jonæ Agrivillio Ostro-Gotho. 1631.
- 21) Sensibus Interioribus, Sensu Communi, Phantasia & Memoria Resp. Sam: N. Enander Ostro-Gotho 1632. pro gradu.
- 22) Theorematum Philosophicorum Ενωεις Resp. Samuele P. Drysenio Gotho. 1632. pro gr.
- 23) Theoremata Philosophica Resp. Nicolao Petri Smol. 1632. pro gradu.
- 24) Anima Separata Resp. Magno Svenonis Mariæstadio 1632. pro gradu.
- 25) Liberalitate Resp. Samuele Jonæ Kylander Lincop. 1632.
- 26) Ποικιλων Θεωρηματων disputatio philosophica Resp. Daniele Jonæ Kylander Lincop. 1632.
- 27) Endecas Quæstionum Selectiorum Philosophicarum, quæ insignem in variis disciplinis habent usum. Resp. Andr. N. Neocleander 1632.

- 28) Quæstionum Philosophicarum *Ἐπτάς* Resp. Erico Malmödio Rosl. 1632.
- 29) Quantitate, prout est affectio Corporis Naturalis Resp. Johanne Lothigio Petri f. Ostro-Gotho 1632.
- 30) Quæstionum Philosophicarum *Ἐβδομάς* Resp. Israëlæ Andreae Rydelio 1632.
- 31) Disp. philos. Summi Boni Civilis Essentiam κατ' ἀρχὴν καὶ θεσιν proponens Resp. Nicolao Andreae Hölmingio Smol. 1633. pro gradu.
- 32) Disp. philos. continens Quæstiones aliquot Miscellaneas Resp. Laurentio G. Norcopensi Banck. 1633.
- 33) Disp. philos. Theorematis Miscellaneis conflata, Thesisibusque limata Resp. Johanne Jonæ Campanio Holmensi 1633.
- 34) Disp. physiologica de Notitia Sui sive de Homine Resp. Israëlæ Israëlīs F. Lincopia Gothi 1633. pro gradu.
- 35) Forma Substantiali sive de Nobilissimo Corporis Naturalis Principio Interno Resp. Laurentio Bened. Ristelio Ostro-Gotho 1633.
- 36) Disp. de Anima, in qua ejus definitio per Theses tenui penicillo adumbratur, nec non Problemata quædam, eandem materiam concernentia, cum brevi eorundem expositione subjiciuntur Resp. Thoma Jac. Rozelio 1633.
- 37) Theses Physicæ de mundo Resp. Magno N. Palumbo Wretensi Ostro-Gotho 1633.
- 38) Elementis in specie Igni sc. Aëre, Aqua & Terra Resp. Carolo Stephani Sueyræo Albyensi 1634.

- 39) Disp. philos. de Plantis Resp. Daniele Kylander Lincopensi 1634. pro gradu.
- 40) Theoremata quædam ex variis disciplinis philosophicis decerpta Resp. Petro A. Lannero Smol. 1634.
- 41) Theses Physicæ de Loco Resp. Svenone Gissolis Spinero 1634.
- 42) Mixtione Resp. Nicolao Petri Ostro-G. 1634.
- 43) De Motu Resp. Andrea Thomæ Cygnæo Werml. 1634.
- 44) Disp. philos. Habituum Acquisitorum Naturam exhibens Resp. Joanne Laur. Larbergio Werml. 1635.
- 45) Meteoris in genere Resp. Erico N. Bjugg Gotho 1635. pro gradu.
- 46) De Natura Resp. Joh. J. Campanio Stockh. 1635. pro gradu.
- 47) De Sensibus Internis Resp. Erico Joh. Schrodero Upsaliensi 1635. pro gradu.
- 48) Philosophia in genere Resp. Zacharia L. Humero Smol. 1635.
- 49) De Forma Substantiali Resp. Josua Laurentii Gravio Nericio 1635. pro gradu.
- 50) Anima in genere Resp. Nicolao Svenonis Collino Smol. 1635.
- 51) Anima in genere Resp. Petro Olai Widbyensi Neric. 1636.
- 52) Summo Bono Civili Resp. Magno Sv. Wernæro Ostro-Gotho 1636.
- 53) *Τετρας* Theorematum Philosophicorum Resp. Magno Joan. Hofmanno de Petra Wexion. 1636.

- 54) Diff. physico-Astronomica de Cælo Resp. Daniele D. Dalino Lincop. 1636. pro gradu.
- 55) Anima Sentiente Resp. Magno Siggonis Aurelio Smol. 1636.
- 56) Disp. ph. Theoremata Miscellanea Physica exhibens Resp. Thoma Jac. Rozelio 1636. p. g.
- 57) Elementis in genere Resp. Laur. Uddonis Rogbergio Smol. 1636.
- 58) Quæstionum Philosophicarum *Tercus* Resp. Andr. Joh. Hofmanno Smol. 1637.
- 59) Theoremata Miscellanea Physica Resp. Elia Nic. Fogelio 1638.
- 60) Cognitione Sensitiva Resp. Laur. Bened. Ristelio Ostro Gotho 1638. pro gradu.
- 61) Præstantissimo Sensu Visu Resp. Magno Joan. Hofmanno 1638. pro gradu.
- 62) Disp. Theorematis Psychologicis & Quæstionibus variis adornata Resp. Zacharia L. Klingio Neric. 1639. pro gradu.
- 63) Elementis Resp. Nicolao Nicolai Langelio 1639. pro gradu.
- 64) Disp. Stoicheiologica Generalis Resp. Anund N. Rystadio Ostro Gotho 1639.
- 65) Scriptura Sacra in genere Resp. Erico Haqu. Odhelio Westro Gotho 1641.
- 66) Pœnitentia Resp. Andr. O. Juvenio Westro Gotho 1647.
- 67) Miraculosa primorum generis nostri Parentum formatione, deque eorundem primævæ Perfectionis Statu incidenter saltim & perfunctorie considerato; in specie vero de Imagine

- gine DEL ad quam primitus sunt conditi Resp. Laurentio Johannis Staleno 1647.
- 68) Physiologia in genere Resp. Magno P. Stolpio Calmaria Smol. sine anni mentione.
- 69) Disp. Philos. de Cælo Resp. Magno L. Cirrao Ostro Gotho s. a. ment.

### II. Disputatio Synodalis.

In Art. IV. Aug. Confess. de Justificatione hominis peccatoris coram DEO, habita in Synodo, Upsalienſi a. 1641. ed. ibidem in 4.0.

### III. Oratio.

Exequialis in funere CAROLI BANÉR Domini de Warpel, Hofvenås & Wåstanaå, S. R. M. tis Svecorum &c. ad exercitum in Borussia Legati, partiumque, ibidem Regiæ Majestati subjectarum, Gubernatoris Generalis, hab. Upsaliæ 1632. & ed. ibidem 1633 in 4.0.

Scriptis Staleni WITTENIUS quidem *Diar. Biogr. T. I. lit. Ccc. b.* sacras quasdam Conciones addit, nec, quin plures habuerit, dubitandum cenſeo; dubito autem, an ex his quædam typis sint editæ; nullam saltim vel in *Svecia Liter. SCHEFFERUS*, vel in *Biblioth. Svo Goth. STIERNMANNUS* commemorat, nec ullius STRICKER in *Homil. Bibl.* mentionem fecit. Quam plurimas quoque editas conciones partim possidere mihi contigit, partim Strickero ignotas, sed apud alios viſas, in his vero nullam, quæ Stalenum Auctorem habet, annotavi. An disputatio de Matrimonialibus

Con-



Contractibus, quam fide Wittenii nixus ei JÖCHE-  
 RUS in *Allgem. Gelehrt. Lexic.* & ex iis BACK-  
 MEISTERUS l. c. tribuit, illo vel Auctore vel  
 Præside prodierit, nec in Catalogo Lideniano, nec  
 in mea collectione obvia, dubitare mihi etiam liceat.  
 Plures Græca lingua consignatas disputationes ejus  
 præsidio munitas, eademque lingua a Præside atque  
 Respondentibus defensas esse, PLANTINUM in  
*Hellade sub Arcto p. 58 & 77.* narrare quidem  
 video: ejusmodi vero disputationes cum SCHEF-  
 FERRO, MOLLERO atque STIERNMANNŌ sint  
 ignotæ, nec Collectoribus Hinströmio, Lidenio mi-  
 hique ulla se obtulerit, nec reddi ratio facile possit,  
 cur singulæ oculis nostris magis, quam quæ isto  
 idiomate Præside Staleni Successore HENRICO  
 AUSIO paulo post prodierunt, se subduxissent; Plan-  
 tinum conjecturæ rem permisisse, suspicor, dum  
 circa hoc tempus ab aliis & græce & hebraice dis-  
 putatum esse vidit. Quamvis vero Stalenum græce  
 disputasse affirmare nequeam; non desunt tamen  
 alia, quæ edidit in hoc literarum genere specimina;  
 varia enim vel plangendo vel gratulando pepigit  
 evulgavitque græca carmina, ex quibus Cel. D. n  
 FANT in *Hist. Lit. Gr. in Suec. Spec. II. p. 64.*  
 septem annotavit, in addit. *Spec. XII. p. 107* octo  
 alia addens: Totidem fere adjectis Cl. D. n MATTH.  
 FLODERUS *Spec. I. de Poëtis in Svio Gotbia*  
*Græcis p. 10 & 11.* viginti novem enumerat, qui-  
 bus, ne *ασυβολος* hinc discedam, septendecim, quæ  
 mihi obvenerunt, adjiciam, eritque numerus, quem  
 facile ab aliis augeri posse, non diffiteor, XLVI.